

Responsum a Sigismundo Primo
Rege Poloniae. Datum Zachariae Ep̄o Gar:
diensi Nuntio Apostolico

167

Sacra Regia M̄tas suscepit omni gratitudine, et
reverentia benedictionem Sanctissimi D̄ni N̄ri, agitq;
et habet gratias quas potest maiores, eius Sanctitati
de hoc officio, et Cura paterna, quam gerit in se ac
Regnum et Dominia sua, et quae intelligēs res eius
M̄tis in Continuo Motu bellico constitutas, miserit
huc v̄ras D. ad illas pacandas, idq; omne obeundum
quod oportuum, et Salutare M̄ti suae regnoq; et
Dominis suis esset futurum. M̄tas sua Sr̄ma, ut
hactenus consuevit, ita et deinceps curabit hanc
illius Sanctitatis pietatem paternam, omni studio
observantia, et viribus suis erga illam, et Eius San:
ctam Sedem perpetuo demereri, habet etiam eius
M̄tas commendatas singillatim personas v̄rar
D. et illis pro affectu, et Studio isto, quod erga M̄tem
suam praeserunt, proq; his laudibus, quas Eius
M̄ti graui et eleganti oratione tribuerunt gra:
tias habet non vulgares, cum autem D. v̄ra las:
situdinem itinerariam paulo sedauerint M̄tas sua
cum illis, id agere et tractare dignabitur, quod
ex Usu Rei Christianae, et dignitate tam Sanctissimi
D̄ni N̄ri, q̄ eius M̄tis futurum videbitur.

